

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin

**Programma In Funere Desideratisimi Pueruli, Petri, Reverendi & Praestantißimi
Viri, Dn. M. Petri Hinckelmanni, Archidiaconi ad S. Iacobum, Filioli, Patri
Homonymi : Publice adfixum 6. Augusti, Anni 1615.**

Rostochi[i]: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777518716>

Druck Freier  Zugang



Lubinus, E.

in P. Hinckelmann, fil.

Rost. 1615.

9.

Programma
IN FVNERE DESIDERATIS-
SIMI PUE RULI,

P E T R I,

Reverendi & Prastantissimi Viri,
Dn. M. PETRI HINCKELMANNI,
Archidiaconi ad S. Jacobum, Filioli,
Patri Homonymi,

Publicè adfixum 6. Augusli, Anni 1615.

RECTORE

EILHARDO LUBINO.



ROSTOCHE

Typis suis exscrisit Joachimus Pedanus,
1615.

Prosternit
In a mārē
Hūtē
Dōm pētē hīn cēt manē
Achtingen 1482. Jacobus Liphof
Lippe Hōmē
Wādē
Kastor
Elihardo l'urino

Rostock
1482. Jacobus Liphof



RECTOR Universitatis Rostochiensis **EILHARDUS** **LUBINUS**

S. Theologiae Doctor & Professor.

Nirari solemus terram inutiles, noxias, & venenatas herbas magnâ indulgentiâ instar matris fovere & nutritre, ut luxuriosè paßim, & copiosè crescant ac proveniant; Alias verò utiles ac salutares herbas instar durae ac inhumanae neverca aversari, alimenta illis denegare, ut vix diligentibus sedulâ agricolarum & hortulanorum curâ, sollicitudine, cultu, pastinatione, stercoratione in terra, aërisq; inclemenciâ sustentari, & ab

A 2 int-

interitu servari & vindicari possint. Verum
enim verò qua utilium & salutarium herba-
rum in terrâ est conditio, illa virorum bo-
norum & Christi fidelium est in Mundo, sic ut
nullum in mundo spectaculum sit cerebrus &
frequentius, quam vir bonus cum mala for-
tuna compositus. Nimirum Deus suos, quos
diligit, castigat, & quemcunq; in filium recipit,
illum flagellat, Nec prius educit in refrige-
rium, quam transferit per ignem & aquam.
In quam sententiam Baptista Mantuanus
Poëta non inepti, eruditus & memorabilis hi ex-
stant versus:

Terra malos homines & noxia grama nu-
trit,

At melius semen ferre recusat humus.
Mitior est proprijs, aliena q; pignora semper
Tractat inhumanâ dura noverca manu.
Vir bonus est cæli, malus est telluris alu-
mnus,

Quos igitur cælum diligit odit humus.
Exemplum ne longius & foris quaramus, habe-
mus in proximâ viciniâ & domesticum, vi-

runc.

rum reverendum doctissimum ac prastantissimum Magistrum PETRVM HINCKELMANNVM, in vicino templo Jacobeo Archidiaconum, amicum & frater meum in Christo honorandum. Qui nimis ante paucas hebdomadas peregrinatus ad amicos & ad fines visendos officij causâ profectus in atrocem calamitatem incidit, cum subversa quadrigâ crus illi fractum fuit, non sine magno, hoc præsertim anni tempore, periculo. A tanto morbo ac dolore, cum post exquisitissimos dolores & tormenta morte graviora Dei benignitate, & solerti Chirurgorum curâ liberari & meliusculè habere capit, dum Franceburgo Pomerania, ubi per quinq; hebdomadas decubuerat Rostochium, & suam domum rhabdâ se deportari curat, Vix in dominum suam delatus à liberis & familiâ suâ cum latitiâ & gaudio excipitur, cum subito novi doloris ac maroris occasio illi objicitur. Cum scilicet carissimus filiolus Patri Homonymus PETRVS HINCKELMANNVS agrotare illi incipit, & post 2. dies suis parenti-

MND

A 3

bis

bus & mundo valedicere , & ex exilio in veram patriam ad Dei filium Servatorem suum migrare . Scilicet hac vita Christianorum est conditio, ut una in illâ crux alteram quasi trudat , una calamitas alteram excipiat , & nulla propemodum sola reperiatur, sed seriatim velut catena quedam altera cum alterâ cohereat , & connectatur: Ut ita à mundi vitijs ac delicijs procul remoti in scholâ crucis exercantur , & ibidem discant Deum iuvocare , mundum odisse , & eo adspirare , ubi hujusmodi calamitatum momentanea levitas , quas in hac vitâ perpetiuntur , quoque minimè parres sunt futura gloria in alterâ vitâ in illis regenda , eterna gloria ac felicitatis pondere superabundanter compensetur , & beatissimâ illâ immortalitate , ad quam fidelibus demum per mortem transitus patet. Est autem vita piorum nihil aliud, quam jugis ac perennis hujus mortis meditatio. Quo nomine Deus quotidie pluribus in omnibus vita atatibus propositis exemplis aurem nobis vellit, ut semper meditemur illud, TRANSEVN-

DVM

DVM EST. Ante hebdomades non ita
multas ad sepulturam extulimus exuvias ho-
nesta matrone annis & aetate confecta, ac vita
satura. Nudius tertius exsequias ivimus in
medio aetatis vere florentis & robusti juvenis.
Hodie postremi illud honoris officium presta-
mus annos duos & paulo amplius nato admo-
dum puer. Unde scilicet discamus, quam nulla
hominis aetas à morte tuta & immunis sit. Et
qua mors in nullà hominum piorum aetate
felicior & optabilior est, quam in puerili illa,
que omnium minimè inquinata est conta-
gio mundi & impuri hujus saeculi, cuius nequi-
tias & miserias quo quisquam evitare po-
tuit citius, tanto melius. Nam à vita miserijs
ne hac quidē aetas immunis est, & vel dentitio-
ne excruciat, vel ablactatione, qua prima
hujusmodi, puerorum calamitas est, adfligitur.
Post quam hic etiam puerulus minus benè ha-
bere capit, & post pauculos dies ad meliorem
Patrem transijt. Et de quo iure pronuncia-
mus, ò οὐρανοὶ φίλαι διπλήνοντες νέοι. Quo ipso ma-
siſſimi & optimi parentes se consolabuntur.

Beatiſ-

Beatissima autem hujus animula exuvia ho-
dierno die circa duodecimam ad sepulturam
in templo Jacobeo efferentur : quas ut Acade-
mia nostrae cives in honorem & solatium opti-
mi Patris Reverendi ac praelari viri, M.
P E T R I H I N C K E L M A N N I
frequentiori comitatu condecorent, & simul
Academie, Ecclesia, & suam salutem ac vi-
tam Deo commendent, ut justum & aquum
est, ita officiosè & amanter quemvis oro &
bortor. B. V. PP. 6. Augusti, Anno 1615.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn777518716/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777518716/phys_0016)

DFG

DVM EST. Ante hebdomadas
multas ad sepulturam extulimus
nesta matrona annis & aetate con-
satura. Nudius tertius exsequi
medio aetatis vere florentis & re-
Hodie postremi illud honoris of-
fimus annos duos & paulo amplius
dum puer. Unde scilicet discamus
hominis aetas à morte tutae & im-
qua mors in nulla hominum pa-
felicior & optabilius est, quam
qua omnium minimè inquinatio-
gio mundi & impuri hujus secula-
tias & miseras quo quisquam
tuit citius, tanto melius. Nam
ne hac quidē aetas immunis est, &
ne excruciat, vel ablactatio
hujusmodi, puerorum calamitas
Post quam hic etiam puerulus n-
bere capit, & post pauculos dies
Patrem transiit. Et de quo ju-
mus, ò οὐρανοὶ φιλεῖς πατέρες νέοι.
stissimi & optimi parentes se



the scale towards document